



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Controversiarvm Omnivm Hvivs Ævi Lvthero-Calvinisticarvm Libri Tres

Coppenstein, Johann Andreas

Mogvntiæ, 1627

Qvæstio CV. Quid flagitat Deus in Quinto præcepto?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-35233**

## DOMINICA XXXVIII.

## QVÆSTIO CIII.

† Quarto *Quid præcipit Deus in † Tertio præcepto?*

RESP. Primum, vt ministerium Euangelij & \* Ecclesie festa conferentur<sup>a</sup>, vtq; ego cum alijs tum præcipue festis diebus studiosè cœtus diuinos frequentem<sup>b</sup>, verbum Dei diligenter audiam<sup>c</sup>, vt ar Sacramentis<sup>d</sup>, precibus publicis meas quoque preces adiungam<sup>e</sup>, pro facultatibus aliquid conferam in pauperes<sup>f</sup>. Deinde, vt in omni vita à prauis actionibus vacem<sup>g</sup>, Domino concedens, remotis peccatis, vt per Spiritum Sanctum in me suum opus faciat<sup>h</sup>, atque ita sempiternum illud Sabbatum in hac vita exordiar<sup>i</sup>.

<sup>a</sup> Deut. 12. 19. 1. Cor. 9. 14. <sup>b</sup> Heb. 10. 25. <sup>c</sup> Act. 20. 7. <sup>e</sup> Pl. 68. 27. <sup>f</sup> Act. 1. 14. <sup>g</sup> 1. Cor. 16. 2. <sup>g</sup> Esa. 58. 3. <sup>h</sup> Exo. 31. 13. <sup>i</sup> Esa. 66. 23. Hebr. 4. 1. 10. 11.

## DOMINICA XXXIX.

## QVÆSTIO CIV.

† Quinto *Quid nobis iniungit Deus in † Quarto præcepto?*

RESP. Vt parentibus, atque adco omnibus qui nobis præfunt, de-

bitum honorem<sup>a</sup>, amorem<sup>b</sup>, & fidem<sup>c</sup> præstemus, nosque ipsorum fidelibus præceptis & castigationibus, ea qua par est obedientia submittamus<sup>d</sup>: tum etiam, vt eorum vitia & mores nostra patientia toleremus<sup>e</sup>, illud semper cogitantes, Deum nos illorum manu velle ducere ac regere<sup>f</sup>.

<sup>a</sup> Malac. 1. 6. Eph. 6. 2. 3. 1. Tim. 5. 17. 1. Pet. 2. 18. 1. Tim. 6. 1. Leuit. 19. 32. <sup>b</sup> Matt. 10. 37. 1. Thes. 5. 12. <sup>c</sup> Prou. 28. 24. Tit. 2. 10. <sup>d</sup> Prou. 6. 20. 21. 22. Eph. 6. 1. Hebr. 13. 17. Rom. 13. 1. Col. 3. 22. Prou. 1. 8. Prou. 15. 5. <sup>e</sup> Gen. 9. 24. Prou. 30. 17. Prou. 23. 22. 1. Pet. 2. 18. <sup>f</sup> Eph. 6. 5. 1. Pet. 2. 13. Rom. 13. 1.

## DOMINICA XL.

## QVÆSTIO CV.

† Sexto *Quid flagitat Deus in † Quinto præcepto?*

RESP. Vt proximum, neque cogitatione<sup>a</sup>, neque verbis<sup>b</sup>, neque gestibus<sup>c</sup>, nedum factis<sup>d</sup>, vel per me vel per alium<sup>e</sup>, contumelia afficiam<sup>f</sup>, aut oderim<sup>g</sup>, aut lædam<sup>h</sup>, aut occidam<sup>i</sup>: sed omnem vindictæ cupiditatem abiiciam<sup>k</sup>, adhæc, ne me ipsum lædam<sup>l</sup>, aut sciens in aliquod periculum coniciam<sup>m</sup>. Quocirca etiam, ne cædes fierent, Magistratum gladio armant<sup>n</sup>.

<sup>a</sup> Zach. 8. 16. 17. <sup>b</sup> Matth. 5. 22. Eph. 4. 31. 6. Gen. 4. 6. <sup>d</sup> Num. 35. 16. 17. 18. <sup>e</sup> 2. Sam. 12. 9. <sup>f</sup> Pl. 15. 13. <sup>g</sup> Leuit. 19. 17. <sup>h</sup> Leuit. 24. 19. <sup>i</sup> Leuit. 24. 17. <sup>k</sup> Leuit. 19. 18. <sup>l</sup> Eph. 5. 29. <sup>m</sup> Matth. 4. 7. <sup>n</sup> Gen. 9. 6. Exo. 21. 12. Mat. 26. 52.

QVÆ.